Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

accipiet. & uitam eternam possidebit. omnem facul
tatem suam. inter diuisit pauperib. Primam sorori sue
Marie magdalene dedit. ex qua ipsa dno & aplis
victum & uestitum illis annexa prebuit. Secdam
partem fratri suo Lazaro dedit. terciam u partem
s retinuit. unde uiuebat & saluatorem & discipulos
dni adeam ueniebant pascebat. Residuum u. & qd
qd habere potuit. post xpi ascensionem adcedos dum
multitudinis credentium erat cor unum & ani
ma una. Nemo dicebat pprium. s; erant illis
omnia communia. predib. aplorq optulit. ut eet
credentib commune. Quo ut philosophus ait. om
ne bonum incommune. deductum clarius luces
cit. Et efficitur martha. cum aplis apostola. & cum
discipulis discipula. Tunc crescente numero dis
cipulorq creuit austeritas iudeorq in tantum. ut
eos repellerent a finib suis. Quosdam ut Petrum. &
alios discipulos quos miserunt in custodia publica
mancipauerunt. quosdam ut Iacobum perimerunt.
quosdam rapuerunt ablatis remis. uelis & gu
bernaculis. ceterisq; alimentis desolatos. alta the
ude effugarunt. Sed quos dira iudeorq seuitia. a
finib suis pierent. hos diuina prudentia immedi
oribus regionib ditauit. Ditauit uillis & castris
& urbib locupletauit. gallis mutis. dotauit
ecclis. multiplicauit seruis. & heroib. & adhuc
eos ditat in celestib mansionibus. Vnicuiq;
dedit urbem. & patriam. Arelatem. trophymo.